in lenes ſordidáſque mentes irrepunt vitia) expers & pura; eximiâ autem erga Deum pietate, mirâ conſilij maturitate, ſingulari in rebus agendis ſolertiâ prędita, nulla non dat liberis præcepta, in quibus ſatis ſit ad bene beatéque viuendum præſidij. Neque verò minus momenti in exemplis eius ad mouendum ineſt, quàm in monitis præceptíſque ad docendum auctoritatis. Eiuſmodi vitæ rationem init, vt tacitè doceat ſingularum exempla virtutũ ab ipſius perſonâ, non aliunde petenda eſſe. Nihil totâ vitâ aliud, virgo, nupta, vi-

dua, domi, foris, publicè, priuatim agit, quàm vt parentes reuerentiâ, fratres mutuâ beneuolentia, maritum fide atq; obſeruantiâ, liberos cura & ſolicitudine, progeneros & pronurus omni officiorum genere, principes cultu & obſequio, amicos gratia & fauore, pauperes opum largitate, Diuos veneratione, omnes ingenua morum ſuauitate ſibi deuinciat. Ad extremum edocta *Terram nuptijs, cœlum virginitate repleri*, miniméque inſcia conceſſæ diuino beneficio nepotibus & neptibus ex filia in integro quà connubij, quà cælibatus

D. Ambr. c. nuptiæ 32. q. 1.

libatus & religiosæ professionis statu, felicitatis; nihil aliud pensi habet, quàm vt memoris & gratæ, piǽq; mentis sensus voueat Deo. Debebatur inter homines immortalitas tam illustri sexus ornamẽto, nisi lex moriendi vnà cum nascendi beneficio nata, eadémque ortus nostri causa, quæ interitus esset: sed debiti tot virtutibus præmij vice, diuturno, commuńique potẽtatibus vitæ beneficio gaudet Heroina; ad septimum vsque supra octogesimum annum, firma constitutione corporis sensim labante fatiscentéque, integris

ytitur animi viribus; vnà cum bonis fortunæ, bona corporis, animíque in liberos hæreditario iure transmittit; & anno Christi supra millesimum sexcentesimum vicesimo, anniuersario omnium Sanctorum die in cœlum euolat, æternæ beatitudinis possessione fruitura. ILICET VIATOR. Neque te tantulæ moræ pœniteat. Siquidem *Summa est ratio, quæ pro Religione facit.*

Papinianus l. sunt personæ, De relig. & sumpt. fun.

ANDREAS MESTRALVS
Iurisconsultus iusta persoluens posuit.

ΔΙΑΥΛΟΣ

ΔΙΑΥΛΟΣ
VIATORIS & CRVCIS

V. *ARui amißi difini fidißima iura*
Arbor paſſa leui Niniue laſſa probra.

C. *Arui amißi rupi vi, purißima, iura*
Arbor penè palàm; non mala penè probra.

GLOSSEMA.

SIcut apud Iuriſconſultos in iudicio finium regundorum, dominij probatio pendet ex ſepibus, ſentibus, arboribus: ita ab vna arbore crucis (cui pro Niniue ingratíſque mortalibus affixus, & in qua ſpinis coronatus Seruator Chriſtus fuit) ſalus humani generis & cœleſtis hæreditatis iura pendent; ab arbore crucis (inquam) quæ nullos non inſultus noſtri cauſa paſſa eſt: neque ceſſit malis, ſed ipſi mala ceſſêre omnia, viréſque nocentium, *qui laſſati ſunt in via iniquitatis & perditionis*, *Sap. c. 5.* Quæ arbor puriſſima, vt vincula *quaſi fila telarum, Iudic. c. 16.* quæ humano generi Satan iniecerat (in quæ tamen ſæpiſſime recidunt mortales) ruperit, ruptis, in manibus iniqui poſſeſſoris, damnationis æternæ tabulis: non ademit tamen homini libertatem, neque finem iniquitatibus probríſque poſuit. [ARBOR. *Eſdræ 4. c. 8. Apertus eſt paradiſus, plantata eſt arbor vitæ.* PASSA. *Iudith. 6. Ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus. Cant. 8. Sub arbore malo ſuſcitaui te.* LASSA PROBRA. *thren. Ierem. c. 3. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs. Iudic. c. 16. Defecit anima eius & ad mortem vſque laſſata eſt.*]

S. BRVNONIS
ALMA EREMVS,
CANCRINIS VERSIBVS.

SI loca iunior iure caste Ere et sacer vir ô inuia colis,
Et almum arâ tum si verè mutum,
Ere, vis mutâ ramum latè
Iesu; ipsus seces aëra, elisâ sile areâ, secessus pius ei
Subi Brunonis: tinnit Sinon vrbibus.
Aditu peruia ciuica tu pelle, felle puta ciuica iure putida,
Aditu parua, adeò foueâ inani æuo fæda, aurâ putida.
S. Brunoni merè ara cara Eremi non vrbs.
O merè nix, in siluulis nix, In Eremo
En amabilia noda retia, resera iter Adonaï, liba manè
O editò vires seri voti Deo,
Et almus eia colloca Iesum, late
O Domne, multis tuo raro vt sit lumen modo.

Et

Et en amati deserta petite Patres edita, manete
Et læti deserta pacifica Patres edite altè.
O Domni Eremitæ beati merè in modo
A Iesu Iesse ius eia:
A Iesu, lassis salus eia: (mus eia:
A Iesu musici (Diua diei) Dauidici su-
Ore feram ô dat Celsi bonitas sati nobis lecta domare fero.

DIALOGVS.

POENITENS, SACERDOS.

P. ME *Romæ des.* S. *Vt lassus saltu, sede; amorem*
Edi vero si rexeris ore, vide.
P. *Me cape, res auidà viuâ Diua.* S. *Sere pacem:*
Sanatas timidè re redimit Satanas.
Sanè ô, pædores reffer. P. *Serò, Dea, pœnas*
Euasi, Roma. S. *Reffer amoris Aue.*

GLOSS. ROMAE] i. Ecclesiæ. ME CAPE] me, & res conscientiæ meæ cape mediante Metanœa. SERE PACEM] insere pacem & quietem menti meæ, prosiceréque te deponere voluntatem delinquendi. SANATAS] animæ vi metúve causa purgatæ & ablutæ facilè omnino recidunt in rete Satanæ. SANE] seriâ exomologesi è fæce luto & pædore scelerum emerge. SERO] Tandem ô Metanœa, pœnas criminibus debitas euasi. ROMA] i. Matris Ecclesiæ ope & indulgentia.

DE

DE S. IGNATIO SOC. IESV FVNDATORE, PROSA RECVRRENS.

DVtilo cælo à Loyola oleâ colitur.
Jesus ei sedes muniminum; sedes Iesus ei
Iusti, de domo dedit, sui.
Serta pacifica pij, pacificâ Patres
Jesuitæ baccâ, beatiùs ei
Munus en mox omnes vnum,
Et à diua vi, date;
Et Ignatij (Patres) S. aras, serta (pij) tangite,
Et in acie diuum è diuâ Dauidem vi Dei canite.

Diuâ Deiparæ ara (pie David)
Te oro, vide modò me: diu oro, et
Auidè; vi, Dei Prôcerum vre cor
piè, (Diue) diua:
Animare, Domine, vero ore veni
moderamina.
Anima tu Titan ô nati tutamina,
Vt eo cingar Agni cœtu
Ilico, diu qui docili
En obtigit bone,
S. ſerenè tibi. Tener es S.
Me durè, rore, rudem,
Illo miti, molli.
Mala pelle palam.

A. M. I. C.

DE S. XAVERIO,

ΔΙΑΥΛΟΙ ΜΕΤΡΙΚΟΙ.

DIALOGVS I.

Paulus III. Ioannes III. Lusitaniæ Rex, Ignatius, Xauerius.

Io. O Ro da robor riuo, vir robor adoro.
Aulas emiſſi, timidi (mitiſſime) ſalua.
P. Arui amiſſi raro do rariſſima iura.
„ Enſe ſitas aulas oro ſalua ſatis: eſne
„ E rupe? I Pauli ſanâ ſiluâ (pie, pure:)
„ Aures emiſſi, tutò (tutiſſime) ſerua.
X. Si leue libarim robor mirabile velis;
Edi Fautori miti miro tua fide.
Ig. Arui emiſſi diua ſeres (auidiſſime) iura
E rupe, I. *X.* Pingam ſedes Magni (pie) purè:
Magna teram leuibus reſſers vbi, vel mare tangam.
P. Serui amiſsi rupem me, puriſsima, iures
Ino: deliba tum non mutabile doni.
Io. Serò ſic ipſus Maturam ſuſpicis, ô res
Si ſpinis vnum ſumemus munus in ipſis
Arui amiſsi, te Alto; tot lætiſsima iura
Si des! *P.* En imò nutu tu nomine Sedis
Oblato, tangis murorum ſigna tot, albo.

GLOS

GLOSSEMA.

ORO] *rogatur sum. Pont. vt in Indiam, quæ riuus est Ecclesiæ turbidus, & alienas vndas trahens, insignes pietate & doctrinâ apostolicâ viros destinet.* Xau. vit. Turs. 1. cap. 8. pag. mihi 46. & seqq. ARVI AMISSI] *voto Regis fit à Pont. satis, Xauerio Apostolico Legato in India constituto.* c. 9. p. 52. & seqq ENSE] *enixè oro te, aulas Principum quæ ferro non fide nituntur in viam salutis dirige; Nonne enim tu fortior es, qui prodis è rupe fortitudinis? Idum (ô pie, ô sceleris pure, ô vindex & assertor fidei Christi constantissime) ex integra sylua Ecclesiæ missus in Indiam auctore Deo: & transfugas ac desertrices oues, quæ perierãt, in sinum Ecclesiæ reuocaturus Euangelij prædicatione.* loc. prox. cit. SALEVE] *si leue per se: sed ope Dei mirabile factum quicquid in me est roboris contuiero ad explicanda vela & vexilla sanctæ fidei, cum fide speraque (Pont. opt. Max.) commissam mihi à S. tua prouinciam gestum iri ad laudem & gloriam eiusdem mirabilis fautoris bonorum operum, Dei.* d. c. 9. p. 54. ARVI EMISSI] *Macte virtute, vir auidissime salutis animarum, I, sequere vocantem Deum, à rupe & petra quæ Christus est, diua iura seu semina sparsum i in aruum Indiæ incultius.* c. 8. p. 49 PINGAM] d. p. 49. & 50. & c. 9. p. 54. vbi illud *Infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia,* est geminum illi *magna teram leuibus.* SERVI] *O purissima Aurora Xaueri, nuncia Indiæ populis me columen esse gentium postliminio reuertentium ad Ecclesiam à qua defecerint, eisque largire dona nullo tempore peritura.* NON MVT. DONI] *Græcism. pro* immutabilitatem doni *vel* donum immutabilitatis *vel* non mutabile donum. ORESSI SPINIS] *O si inter vepres arui iniquè possessi à Cacod. colligere dabitur manipp. situ tuo dignos! (tropologicè: literaliter a. etiam verum in Xau.* Turs. 4. cap. 6. p. 334 & seq.) TOT] *O si (P. O. M.) te dante, tot læti nuncij peruenirent ad nos aliqu. vrb. Euang. luce illustratarũ, quot optamus!* ENIMO] *omnino tu S. Sedis nutu, nomine & albo Cr. labaro Gentib. per Xau. oblato, videris iã mihi regna integra Christo quæsiuisse.*

Impr. Lugd. 4. a. 1607.

1. Cor. 10.

DIAL.

DIAL. II. *Ignat. Xauer. Anger.*

I. XAueri vero Sedi des ore vir Euax
Signa. X. gerit ramos, succusso Martire, Gangis
Ora: ratis nitidè riui redit insita raro
Axi. *I.* fac oleâ viuâ viuæ loca fixâ;
Axi fac ô longa (Natan) Agno loca fixa.
Anger ibi torua luxu, Lauro tibi, regna
Eder, ebur reti raptat; (par iter rubet, ede.)
A. Anger ibi tuto modò do motu tibi regna.
X. Edi fausta diu(Summus vi dat sua)fide.
Amida sus lupus eia à Iesu pulsus ad ima.
(Anger mi) vici Ximi, Xici vim regna
Arrâ. Vane, ruat seps:non spes, Taure, Nauarrâ,
A. Ille velit voueas Ere res, æuo vtile, Velli.

Xacá, Amida, Giron falsi Iaponum Dij. Turs. pag. mihi 311. 344. 345. 388.

DIAL. III. *S. Barbara, Soror Xauer.* Xauer.

B. ORba fui domino noto? non, imò diu Fabro
Ora cingi, Iülóve volui, Igni caro.
S. Abbatissa fidem aio iam edi, fas sit abba
Iasse: ferit ramos Isis, ô Martire fessa I,
„ Ius vbinam dic nunc id, dic nunc *id manibus*
„ *Diuá do minimo Dauid.* (vi
Diuâ da ô glebâ bellè (Babel Goa) Dauid.
Sed Iesu (Martine ô) en it ramus, ei des
Ora (Cato) niuea: crexêre (æui nota) caro
Serta pij Patres.
X. Xaueria imus rus mutum, sursum Iaïr *euax*
„ *Xaueri, aio saluas aulas ô, Iaïr, Euax.*

Turs. 2. c. 1.

GLOSSEMA.

EVAX] *Regis Indiæ nomen Xauerio Ind. Apost. cõuenientissimum.* RAMOS] *innuit 600 Neophytos sub Rege Iafanapataniæ laureâ martyrij coronatos.* 2. c. 12. RATIS] *India riuus Eccl. resumit pristinum alueum à quo deflexerat.* FACOLEA] *viuæ fidei lembo vectus in extimas Iaponiæ oras penetra, & Christo nouũ ouile Euang. prædicatione concilia.* 3. c. 19. ANGER] *hic Xau. profectionis in Iap. author & nauig. comes Goâ soluit vnâ cum Xau. m. apr.* 1549. Maff. hist. Ind. 14. Turs. 3. c. 23. LAVRO] *Xau. enim* 1. *ἀκεραύνωτος* 2. *vaticinationib. insignis.* 3. *somnio, &c.* 1. c. 8. EBVR] *Anger in Indiam iter tenet vt Indicum fidei ebur cõparet* Maff. lo. ci. Turs. 3. c. 12. & 15. p. 285. PAR ITER] *hortatur Ang. Ign. vt quam viam sal. ipse inijt, in eandem alios inducat: quod & facit Ang.* 4. c. 2. XIMI] *Ximus & Xicus insulæ in Iaponia, quæ à Xau. primùm lumẽ fidei ceu cœli arras accepit.* 4. c. 8. p. 352. VANE] *corruant tua septa ô Satan: at tu (Christe) fac ne Nauarra ab spe fide charitate vnquam decidat.* (Deut. 33. quasi pr. Tauri pulchritudo eius.) ILLE] *Vellius parte patrimonij Deo piè dicatâ, s. u. d. Deo volente cognoscit.* 5. c 3.

V Pieriũ lib. 50. Angerus Iapon.

GLOSSEMA.

ORBA] S. *Barbara diua tutelaris Collegij Parisiensis, in quo Xauerius philosophiam edidicit edocuítque, ait sibi caros & curæ fuisse Fabrum, Xauerium, & Ignatium* 1. c. 2. ABBATISSA] *ibidem.* O FESSA] *O Religio Martyrum cruore opima, committe Euang. & iuris tui publicationem fratrum natu minimo* 1. c. 1. p. 7. BABEL] *Túq; ô Babylon Goa, culta & opima iã Xauerij messe multâ, Dauidem da Orienti.* MARTINE] *Affatur illustrißimum genere & doctrinâ M. Azpilquetam Nauarrum Xauerij cognatum.* PATRES] *innuit honores Xauerio vitâ functo exhibendos à Patrib. Soc. IESV. (De quib. PP. æui decus, & columen Iurispr. Illustriss. Dn. A. Faber Sab. Protopr. lib.* 9. C. t. 12. d. 2. fi. I. C. S. P. E. IAIR] *i. illuminans* (Isid. orig. 7. c. 6.) *scilicet Christus, qui est lux mundi, lux hominum, lux in tenebris, &c.*

Berch. rep. p. 3. & red. 10. c. 94. Geminian. sum. exemp. 5. c. 123.

DIAL.

X. SI pirata rotat, re certato: rata ripis
Signa. *P.* Palàm lacrima (σοφὸς Amircal) mala pangis.
Signa polo (Sol) caro oraclo (Sol ô) pangis.
Signa polo sic sanè enasci (Sol ô) pangis.

X. Selime turbo, maris reffers iram, obrute miles,
Ac alâ Melli. Mores fero mille Malaca.

CHRISTI
AD XAVERIVM SERMO.

ARui amissi (Tales) elatissima iura
Saracenis sacra, non arcas sine caras
Natas. E Paraua (nutu naua) rape Satan,
Muni cocco (Heros) aras. Ore hoc Cocinum
Ito. Tolo virgas addas agri volo toti.
Sanis è nisu tingi igni tu sine Sinas:
At purè regnis (Æneas) ingere rupta,
Et Solimam læte porrò pete almam, I (λόστε:)
Sic (Ruta) ito: sed messem des otia Turcis
Signifer, arcas edunt nudè, sacra refingis:
Ignifer erexi. Diui dixêre refingi
Se: nam carboni vi diuino Bracmanes
Solui rebus auent: et ne (vas vber) Iülos
En metâ rutilâ solos aliturâ, temne:
Terret enim illos error (re Sol) limine terret.
(Sedule) res, feros irrisores, fere, ludes.

GLOS

GLOSSEMA.

SI PIRATA] *Xauerius auctor est Malacensibus pœnarum ab Acenis Christiani nominis hostibus repetendarum* Turs.3.c.8.9.10. LACRYMA] h. & seqq. uu. *intellectus pendet ex lectione* c.11. d.li.3. *ibi* Igitur inter. SELIME] *Fluctibus obruti Aceni, Saraceni, Turcæ exercitu Mells in eos irruente* d.c.10. MORES] *Interea dũ Malaceni malũ & bellum Acenis inferunt, Xauerius salutis animarum auidus in colendo agro Malacensi operam impensè ponit.*

GLOSSEMA.

SARACENIS] *Goæ, Saracenorum aras & arcas funditus euertit sapientiss. Xauer. verâ Religione in pristinum statũ longè lateq; restitutâ* Turs.2.c.1.& passim. E PARAVA] Id. ibid.c.5. NVTV] Id.1.c.vlt.p.mihi 102. *ibi, Socotoræos nutibus excolit.* COCCO] *Sanguinis Christi.* COCINVM] Id.d.c.5.li.3.c.14.li.5.c.5. TOLO] *Tolum oppidum Christi virgetum,* 25000 *hominum à Xauerio baptizatis* d.li.3.c.3.p.228. E NISV] *Sinas, ad quorum conuers. adspirat animus, relinque tincturæ discip. tuorum.* Id.5.c.10.p.457. IGNI] Luc.12. *ignem veni mittere in terram.* Deut.4. ad Hebr.12. *Deus ignis consumens est.* REGNIS] *Indiæ & Iaponiæ.* ET SOLIMAM] *Hierosolymitanæ peregrinationis vice cedat apud Indos & Iapones Euãg. publicatio.* RVTA] Turs. 2.c.14.p.189 in do.ag.mes.rel. Rutæ Moab. ex. m. s. u.c. SED MESSEM] *lege eund.* 1.c.16. cùm de Melinda & Socotora. SACRA REFINGIS] *restituis, reponis sacramẽta Socotoræis,* d.c.16. DIVI] *Prænũciat Xauerio Superûm cultu in India restituto, Bracmanes ignib. diuini amoris incensos & terrenis reb. exutos, ad cœlestia bona mẽtes esse erecturos* Id.2.c.9. VAS] *eboris: de lap.pret.* Apoc.18. *in hon.sanctif.* 2.Tim.2. *electionis* Ac.9. NE IVLOS] *En Neophytos sub vmbra Eccl. alumnæ: hi cordi tibi sint & curæ, abstracti licet ab vberibus.* TERRET] *vixdũ.n. Christo natis (ô lucidũ cœli iubar) mille cũ hostib. luctãdũ.* LVDES] *quo in pretio honore cultu Xau. apud Ethn. quomodo totã in actiuo & passiuo mũdi contẽptu vir Dei vitã egerit Vide apud Turs.* SEROS] *innuit hic locus insidias Xau. structas à Cacod. & contumelias hominũ, quas Xau. Sociique æquo animo passi pro Christi nomine. V.Turs.*

Impr. Lugd. in 8. an. 1607.

Turs. p.18. & 34.

DE BALTEO DONO DATO A REGE, BONIFACIO BORRILLI, AQVENSI, Dialogus Retrogradus.

Rex, Borrilli, Poeta.

B. MVnus vi gero: dulce recludo regius vnum
Vsu: Regi Lilî voui liliger vsu.
Arua Tago Rex in me (hem nix!) erogat aurâ.
R. O donô bene res, et (amate serene) bonô do.
Arcâ serues arras, arras (Eure) sacrâ.
P. ꝫ (Ere baltei) fer *vsv*: re fiet, labêre ꝫ.
Arcula luce sinum, tot muni, secula, lucra.
B. Munus vi cludo gesis ego dulcius vnum.

GLOSSEMA.

MVNVS] *Scrinium defero ad Regem, in pignus obsequij oblaturus.* DVLCE] *& regiam indutus mentem quod vnicum in delicijs habeo, Regi exhibeo.* REGI] *recluso reseratóq; scrinio, quicquid intus erat Regi voui.* ARVA] *O candorem regiũ! Atlas Rex munificentissimus aurâ quæ ab aurifero Tago spirat, arua seu pretiũ nescio quot aruorũ in me conijcit.* O DONO] *O dilecte ô serene, ego tibi sacrum balteum dono do.* ARCA] *has arras, arras mei in te amoris (ô Borili ô Borea) sacra include capsulâ.* ꝫ ERE] *(O domine sacri Regis baltei) fer in oculis, fer ad astra Regem, qui animata lex est, & mens subditorum: tanto bono cumulatus non labêre vnquã fortunis: ita faxint Superi.* ARCVLA] *Túquè ó gazophylaciũ, ó arcula custos depositi inæstimabilis, radijs splendoris illustra, per cuncta secula, lucra reliquásque res pretiosas heri tui.* MVNVS] *ego verò tanti facio donum à Regiæ Maiestatis liberalitate profectum, vt illud longè Galliæ armis omnibus anteponam.*

And. Mestralus I.C.

ALTERCATIO INTER MOMOS
A & B

A ORe vago totum ius vi muto, toga verò
Muta retro ferit. I, Titire, forte ratum.

B Muto veraci muta latum Icare votum,
Semita tale refert re, *fere lata times*

A Orcum animes, muta vi: vatum ſemina mucro,
Ore ferire fero, more ferire fero.

B Sanè operum rumore foro, fero murmure pœnas,
Satire mortales oſe latro, meritas.

ANAGRAMMA.

ANDREAS MESTRALVS.

MENS ALTA RES DVRAS.

HIc ille scriptionis omnigenæ parens,
Qui dum propitiis Pallade & Phæbo nouum
Edit loquendi carmine & prosâ modum,
Quo pedibus æquis ac pari semper sono
Animata cursum dictio cessim tenet
Græcis Latinis Gallicísque litteris,
Omnes coæuos anteire visus est,
Ac semetipsum vincere, quod est vndique
Mirabili par nominis sententiæ
MENS ALTA RES DVRAS *videt prehensat regit.*

CAROLVS DE MEAS.

ANDREÆ MESTRALO IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI, AGGREGATO COLL. DD. Auen. & in Senatu Aquen. Aduocato.

SCande sacrum (Prætor) Maiorum more tribunal,
Vnde preces, pretium, vis, odiúmque procul.
Quinque Senatores, Equites totidémque leguntor,
Quos in consilium iure adhibere soles.
Non est mortales inter de finibus agri
Lis facilis: Diuas lis tenet æqua duas.
Vtraque sponte tibi fasces submittit, vtrique
Vltro sui iuris cede patrocinium.
Formula iudicio præiudicialis agendi est
De personæ operis atque ministerio.
Vendicat alma Themis Consultum, Pallas eundem
Possidet, & Vatem prædicat esse suum.
Certant opprobriis ambæ, oblitæque pudoris
Se plagij faciunt vltro citróque reas.
Vtraque communem seruum negat, vtraque totum
Deperit, arbitrio Prætor vtranque rege.
Proprius insolidum nequit esse vtriusque, & vtrique
Communis, rixæ causâ perennis erit.
Adstante hac turbâ Themis aio iure Quiritum
Seruum, quem (Prætor) conspicis, esse meum.
Hic mihi quæsitus iandudum est ære libráque
Æneâ, & hic à me iura Quiritis habet:
Inque meis dudum meritus stipendia castris,
Mille manu duxit per mea templa viros.
Prudentum mutis interpres acumine mentis
Responsis solitus vocem animúmque dare:
Cuius ab ore fluunt Latij Græcíque lepores,
Cui toties linguæ laurea cessa palàm est.

Huc spectat Anagr. A. M. ardens mea lustres.

F 3

Ipſe meo, Prætor, quæ iuſtæ eſt cauſa querelæ,
Ipſe meo procul à limine raptus abeſt.
Pallàs eum pridem non iuſtè poſſidet, ergó
Tu mihi mox reddi reſtituíque iube.
Conticuêre omnes: tum ſeruatura Poëtam,
In medium Pallas prodiit alma forum.
Illa ego ſum Vatem quæ partu enixa ſecundo
Citra iacturam virginitatis, alo:
Hic in deliciis Themidi fuit, vnde recepit
Seſe in maternos iure propago ſinus.
Naſcuntur vates, ventrem partus ſequitur, nec
Vllo vſucapitur tempore liber homo.
Sed facis vt ſeruo ius ſit commune Quiritum,
Scilicet es ſupra ciuica iura Themis:
Fas tamen eſt ſeruum natum factumue negare
Libera cui triplici tempore mater adeſt:
Qui neque captiuus, neque venditus ære, cuíque
Libertas auro carior vſque fuit.

Δουλεία μή ἐστι τὸ ζῆν πρὸς τὴν πολιτείαν:

Δουλεία, μεγάλη ἐστὶν ἄδεια, νόμων.

In ſublime igitur caput effer ô alma propago,
Hic Themidos non eſt vlla timenda manus.
Nate meæ vires, tu primus & vltimus almam
Æterni palmam carminis author habe.
Concio ſubridens omnis ſcire exitus actæ
Litis quiſnam ſit iure futurus auet:
At Prætor cuſtos incorruptiſſimus æqui
Inter Cœleſtes diſſidia eſſe dolet:
Extemplo votis conformibus Aſſeſſorum,
Dum turbas altùm præco ſilere iubet,
Demulcet Diuas monitis, litémque Dearum
Hoc admirando temperat arbitrio:
Perpenſis cauſæ meritis paret mihi veſtræ
Anſa ſimultatis, numina magna, leuis:
Ille etenim retro gradientis carminis author,
De quo vos inter lis agitata modò eſt,

Nexu

Nexu indiuiduo vestrum coniunctus vtrique
Perpetuas operas exhibiturus adest.
Οὓς αὐτῷ φθόνος ἐχθροὺς ποιήσαιτο ἀγαυεροὺς
Τῆς ἀρετῆς ἐνδόξου ἀκόλουθος ἀεὶ
(Illicitæ linguæ veniam date, Maiestatis
Conseruatrices Hellados & Latij,) .
Συμπολεμιζούσαιν αὐτὸς σφῶϊν πολεμήσει,
Τὴν νίκην μέλλων καὶ τὸ λάφυρον ἔχειν.
Sed quid adhuc Immortales mortalis adhortor?
Hæc est iudicij denique summa mei:
Sub latere æternùm μνηστὴρ vtriusque latêre
Dum studet, optatos irruit inque sinus,
Vos (sine matre Iouis proles & filia Cœli
Terræque) æternum fœdus inire docet.
Assensêre Deæ placido Prætoris,& omnis
Pacatas vidit turba repentè Deas.
Accipit vtrinque ingeminata φιλήματα μνηστήρ:
Atque ita compositâ lite triumphat Amor.
O Hymenæe,Deas binas capit vnus & idem;
Fitque eadem prolis sponsa parénsque suæ.
Eia igitur vos queis curæ mysteria vatum
Pierides; Mystæ munera sancta date.
Dum vestri Phœbi consors, collegáque ludos
In summo Pindi culmine solus agit,
Atque repercussis fidibus testudinis aureæ
Insueto celebrat Numina vestra melo,
Auditísque sonos quos non imitabilis index
Exprimit exametris non imitabilibus,
Tollite ad astra metris MESTRALI metra Magistræ,
Cedite MESTRALO grande magisterium.

Alludit ad anagrāma illius sententia Iurisc. veram philos. adsectantur.

Andreas Mestralus vir philosophiâ vim concutit.

FRANCISCVS DE SABATIER, *Alziarij de Cadenet Nepos ex filia, Patricius Arelatensis, Iuris Vtriusque Doctor, Aggregatus Coll. DD: Auen. & in Senatu Aquen. Aduocatus, viuens posuerat.*

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΔΙΑΥΛΩΝ

Ἐνδεκασύλλαβοι.

MESTRALI metrici docent Diauli
Facto dimidio rei, nihil iam
Ἐκποιητέον ampliùs relinqui,
Prius posteriúsque nil videri,
Et vtrunque pari ambulare passu,
Consequens simul esse & antecedens,
Atque se penetrare corpus vnum,
Reproducereque inde semetipsum.
Suo principium carere fine,
Finem principio suo coire,
Finem principiúmque sic gemella
Esse, vt non geminæ sed vna res sint,
Id quod principium fuit, modò esse
Finem, qui fueratque finis esse
Iam nunc principium, duósque fines,
Duo & principia vnius rei esse
MESTRALI metricis vides Diaulis,
Ni splendore resultibúsque miris
Præstringunt oculos modi reflexi,
Ceu Solis radij micantiores,
Quos solis Aquilis datum intueri.

PETRVS PERTVYS *Auen. Iuris Vtriusque Doctor, & Protonotarius Apostolicus.*

Περὶ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΜΕΤΡΩΝ

Πεντάμετρα.

ΜΕΣΤΡΑΛΟΥ τȣ̃ ἀμιμήτȣ τὰ πα-
λίνδρομα μέτρα.

Ημῶν μιμεῖται μητὲρ ἅπαντα φύσιν.

Sic Aquila & Phœnix euolat & reuolat.
Sic ſolitam Phaëton itque reditque viam.
Aëre ſic Zephyri ſlantq́ reſlântque leues.
Anni ſic abeunt ſic redeúntque vices.
Sic donat tellus atque redonat idem.
Et mare continuò ſic fluit & reſluit.
Ponto orta in pontũ flumina ſic remigrant.
Sic repetunt ortus denique cuncta ſuos.

L. D. V.

A. MESTRALO I. C.

GEntium Domina, vrbiúmq; Princeps,
Et mundi caput vna gloriatur
Roma Virgilióque, Tullióque;
Prima nominis iste spes Latini,
Magnæ ille altera spes, decúsque Romæ:
Summorum Auenio secunda sedes
Olim Pontificum, secunda Roma est;
Tu Romæ decus huius es secundæ,
Et spes vtraque vel fatente Momo.
Spes ambæ Cicero Maróque Romæ
Hercifcunt Latium, Quiritiúmque
Inuadunt Capitolium vi apertâ,
Et iunctis Aquilis prioris æui
Summa præcipitant ab arce Reges:
Occultâ arte retrogradationum
Tu potes spoliare vtrunque sceptro,
Nisi sponte tibi diu potiti
Cedant imperio ambo litterarum.
Orator grauis hic rudis Poëta,
Orator rudis hic grauis Poëta,
Ferè semiuir esse mî videtur,
Non suis numeris vir absolutus:

At

At tu Cecrope Romulóque iunctis,
Qui tuo duo seßitant in ore,
Scriptor multiplicis styli peritus,
Orator grauis & grauis Poëta,
Ac Duumuir es vnus atque solus.
Prosâ carminè Tullium Maronem
Liberum est imitarier cuique,
Sicut assequitur duces vterque,
Exprimitque Demosthenem ac Platonem
Ille, & iste Theocritum ac Homerum;
Quid si dixero vinci vtrunque posse?
At tu nullum imitaris, atque nullus
Te potest imitarier, quid ergo?
Mirari superest & obstupere.
Aemulos habuêre gloriæ ambo,
Præcones habuêre gloriæ ambo:
Gloriæ æmulus hinc tuæ facessat,
Præco gloriæ & hinc tuæ facessat;
Scripta Palladis atque maximorum
Digna limina Principum subire,
Nullis viuere desitura seclis,
Liuorem fugiunt notámque vulgi,
Et sublime ferunt ad astra nomen.

I. B. A.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΔΟΜΙΝΟΥ ΑΝΔΡΕΑ ΜΕΣΤΡΑΛΟΥ

Ιουρισκονσούλτου καρκίνων μέτρων
Ἑλληνικῶν, Λατίνων τε,
καὶ Γαλλικῶν.

ΟΙ ΕΝΔΕΚΑΣΥΛΛΑΒΟΙ.

Ηχοὺς ἑξατόνους καὶ ἑξαφώνους
Καὶ τὰς ἑξαποδοῦς ποδῶν τε πέντε
Μεστραλοῦ φθονερὸς βραχῶν ἀήθως
Πειράζεις καταπὰξ ἀπαγχονίζειν·
Σιγῇ ματαιοπονεῖν σέθεν σιώπα,
Μᾶλλον γὰρ βραχέεις, αἱ ἤχοι ἀεὶ
Καὶ μᾶλλον κελάδουσι κομπέουσαι.

A. Π.

ΣΚΑΖΩΝ.

QVid obiicis Homerum poëseos patrem
Primumq; præcellẽtium artiũ authorem,
Laboriosum quid Maronem ais tute,
Turbamque veterum cæteram Poëtarum,
Huic non præire nec viæ duces esse?
Leo Philosophus vsus hoc stylo dux est,
Ille ipse qui ciuile ius repurgauit,
Cuiusque filius sequutus exemplum
Denos Βασιλικῶν sexies libros scripsit.

C. MESTRALVS, Frater.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

ΕΝ τῷ ἀνθρώπῳ, ἤγουν ἐπὶ τοῦ μικροκόσμου,
Ὀπισθομέθεν δύο τὰ νεῦρα δρομοῦντα πάλιν
Ῥητὰ τὰ οἰκείως φωνητικὰ, εἵνεκα σεῖο
Τὴν τὸ ἔχειν ὀρθῶς πρὸς τε λάρυγγα ὁδόν.
Ἔστι δὲ νεῦρα ἐκεῖνα ἐπιτήδεια τοσοῦτον
Ὥστε αὐδὴν αὐτῶν οὐκ αὐδὴν διδόναι,
Κἂν ἀποτέμνηται (γίνεσθαι οἶδα ἔγωγε
Πολλάκι) ἡ φωνὴ ἐξ ἐφόδου ἀποδεῖν.
Τοῖς νεύροις τῆς ψυχῆς ποιηθέντα τὰ νεῦρα
Μεσραλοῦ τοῦ νευρώδεος ἐστι μέτρα,
Νεῦρα δρομοῦντα πάλιν δίχα ὧν Μεσραλὸς
Οὕτως μέλλων εἶναι καὶ ἀνωνύμεος. (ἄφωνος
Ἀλλ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνων ἰσχυρῶς ἐτερεῖα λάρυγγος
Καὶ ἐπιγλωττίδος ὑψιτέρας φύσεως.
Καὶ γὰρ ταῦτά τινος πειρωμένου ἐξαποκόπτειν,
Μέλλουσ᾽ οὐκ φωνὴ τῷ καταλειπέμεναι·
Ἀλλ᾽ (ὡς Ὕδρας Κορκύρας) ἀντιστρέφε σφωὲ
Τῶν γε διώκτων ἀντικρὺ, ὀπισθοφανῶς·
Ἀλλὰ (δίκην Ὕδρων Λέρνης πολλῶν κεφα-
Γίνετ᾽ ἐκεῖνα πάλιν καὶ ἀναβλαστεῖ ἀεὶ, (λαίων)
Ὥστε δυνηρὸς ὁ Ἡρακλῆς οὐκ εἶναι ἐκεῖνα
Μήτε βελοκράτωρ μήτ᾽ ἀπολεῖν φλογόεις.

ΑΝΑ-

ANAGRAMMATA.

Andreas Meſtralus.

Tus ardens alma res.
Nardus re alma ſtes.
Nardus almè reſtas.
Sum dans ſal terræ.
Ars dans re ſalutem.
Ludens armas artes.
Lar adſumens artes.
Lar amandus reſtes.
Mars ſalute ardens.
Mars tersè laudans.

I. D. M.

ΑΝΑΓΡΑΜΜΑΤΙΣΜΟΣ.

Ανδρέας ὁ Μεςραλός.

Δαλὸς, ἄςρον, Ερμέας.
Lampas, astrum, Mercurius.

Τρανὲ Ἄρας δὸς μέλος.
Solide Mars da carmina.

Ησιόδου γνώμη Φθονέει ὁ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.
ΜΕΣΤΡΑΛΟΥ ἐλάχιςα ἔχει βλαπτέμμεναι ἄκρου·
Ἔξω γάρ γε φθόνου αὐτὸς σφαιρώματός ἐςι,
Ἔςι δὲ οὐρανόθεν καὶ Ἑρμείας τε καὶ Ἄρης,
Καὶ οὐκ ἶσον ἔχει τὸ μηδενὰ, μοῦνος ὑπάρχων
Ἐμβαίνων εἰς τὴν τὰ οὐράνια δώματα Μουσῶν
Πλήγμασ' ὀπισθοπόροις, καὶ τοῖς ποσὶ παντελὲς ἶσοις.

Φ. Γ.

FINIS.

ANONYMI
NOTÆ
In Græcos Diaulos Auctoris.

DEvs bone, quid hoc est monstri? Ecquis ab orbe condito cessim ire Græciam, Latium, Galliam vidit? Et homuncionibus tamen hodiéque animus viæ, quæ ducit ad immortalitatem, obstruendæ laterum obiectu, quos ne mutire, ac ne hiscere quidem oportuit. Nupera centenorum διαύλων editio, quantas inter eos strages excitarit, quis fando explicet? Et de secunda igitur ista editione dimidio auctiore (postquam offusam menti caliginem viua Solis immortalis imago præsentissima serenitate discussit) quid futurum speremus? (neque enim Zoilis, Solis veritatísque lux vnquam affulget.) Ad Momi lucernam effictas, & in Apollinis nobilissima officina affabre elaboratas tabulas (quas iure αὐτοκινήτους quis dixerit) non effugere ora canina sciolorum! Et quis est sensus (ô Andrea) cogitationum tuarum, dum in illa verba erumpis me audiente *Mei δίαυλοι vt cessêre præstantiũ virorum admirationi, ita eos omnium eruditionẽ industriaq; cessisse vellem*? Patere igitur me extemporaneâ hac commentatiunculâ liuori & ignorantiæ obuiam ire. Patere me, prò antiquo iure amicitiæ, causæ patrocinari tuæ, & Leguleium hodie agere aucupémque syllabarum tui solius gratia; ne si à minima syllaba, vt in formulis veterũ actionũm, vel à

Auen. agẽte Rege, 1622 cuius ingr. 16. Kal. Dec. disc. 11 Kal. eiusd.

minima notula, vt in muſicis forte cecidiſſe te quis indefenſum arguerit, à tota cauſa vel à toto modo cecidiſſe videaris. Grammaticum agam, quidni? Et noſtri quoque Iuriſconſulti, quibus (vel Quintiliano teſte) ſummus circa verborum proprietatem labor eſt, Grammaticos identidem imitari non erubeſcunt; tametſi vulgatum ſit *Non verbis, ſed rebus leges imponi*, & ille ſeu cupedinarius ſeu paraſitus apud Athenæum clamet *Grammaticis, exceptis Medicis, ineptius nihil eſſe*. Ad rem igitur penſúmque accedamus.

lib. 5. c. vlt.

Deipnos 15. initio.

Pag. 2. Δίαυλοι] *ita verſus retrogrados vocat Scaliger* 1. *poët. c.* 22, & 2. *c.* 30. *ſumpto nomine à curſibus reciprocis qui in ſtadiodromo. Recurrentium autem verſuum duo genera facit Sidon. Apoll.* 9. *epiſt.* 14. *pro duplici recurſus differentia, literarum ſcilicet & vocum: qui vocib. recurrunt Authori* ἀνθολ. διαφ. ἐπιγρ. βιϐ. ϛ. κεφ. λ. ἀντιϛρέφοντες *vocantur i. conuerſibiles, octo diſtichis Nicodemi Heracleota in exẽplum allatis: quem imitati ſunt Latini, vt videre eſt apud Sid. l. c. apud Sirmõdum in Nott. illius loci, & in Nott. epiſt.* 11. *li.* 8. *apud Scaligerum d. c.* 30. *apud Taborot. libb. verſicolorib. apud Paſchas. des recherches de la France lib.* 6. *c.* 30. (*cuiuſmodi verſus enunciationum conuerſarum numero cenſet Hotoman. lib.* 2. *dialecticæ c.* 10.) *Et*

Huc refer Petrarchæ Ep. 39. lib. ſing. variarum.

hos versus (quos inuenisse otia curiosa scribit occupatior scilicet Diomedes lib.3.) idẽ Diom. Seruius, & Victorinus reciprocos vocant: At versus, qui literis recurrunt inuisi & incogniti illis Gramm. d. Auth. ἀνθολ. *cod.* βιϐ. κεφ.ιγ. *vocantur* καρκῖνοι στίχοι ἔμμετροι κατὰ ἀναποδισμόν : *vbi exempla decem habes innominato authore. Sirmondus tamen in d. ep.14. Leonem* VI. *cognomento Philosophum (qui Imp. Orientis fuit, autórque prioris ll. ciuilium* ἀνακαθάρσεως, & νεαρῶν διατάξεων ἑκατὸν καὶ δεκατρεῖς) *auctorem nominat versus* Σοφὸς ἔγωγε. *Et Græcos (quibus à linguæ copia, dialectorúmque varietate nihil negatum) imitari quoque hoc in scribendi genere ausi sunt (verborum inopes, si cum Græcis comparentur) Latini, docentibus iisdem Sid. Scal. Tab. & Pasch. locc. citt. operosos a. vocat huiusmodi versus Scal. quem miror Authori nostro (cui ludi sunt) palmam non præripuisse. En carmen Nostri vtroque modo recurrens.*

Ecce seges, suberis tot si rebus, seges ecce.

Versu I. ἥλιε) *cautio mihi est vt ne aberrem à lineis & cancellis Grammatices, indicemque ferè duntaxat Authoris licentias poëticas &*

dialectos minus obuias. Qui rerum interpretem acturus est, reconditósque sensus Authoris explanaturus Eudoxus, cùm primùm in parallelos Regis & Solis inciderit, Rex Sólque fiet intelligendo. χαῖρε) *nihil apud Homerum frequentius initiali hac salutatione.* ἱππονώμας) *quàm conuenienter Regi Triumphatori id nominis datum* φιλέλλησιν *otium inuestigandi.* παρέθȣ(ἀ παρατίθημι, *aor.2. med.* παρεθέμην, παρέθεσο, *ionicè* παρέθεο, *crasi attica* παρέθȣ. ἀμῶν) *ab* ἀμάω, ἀντὶ τȣ͂ συνάγω *i. congrego.* ὄπ᾽) *pro* ὀπὶ, *sicut & p. 8, v. 11. vt* παρ᾽ Διὸς *apud Hom. Il.* β. *apocopa Poëtis indistinctè permissa, multo magis Diaulographis.* περίᾳ) *pro* περίηθεν *apud Hes. v. 1.* τȣ͂ ἔργα καὶ ἡμέραι. *v. 2.* χαίνε) *doricè pro* χαίνει, *& atticè pro* χαίνȣσι. χȣ͂ς) πολύσημον, *hîc* ἀντὶ τȣ͂ συμβόλȣ τῆς ξενίας. *v. 3.* ἵν᾽) *pro* ἵνα *i. vbicunque, Aristoph. in Pl.* πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ᾽ ἵν᾽ ἂν πράττῃ τις εὖ. ἵν᾽ ἔρα) *v. a. v. vbicunque terra, sup. est.* περ) *syllabica adiectio & enclitica, de cuius cæterarúmque id genus Græcis tam oratt. quàm Poët. vsitatissimarũ vi & natura quid tenendum sit, docent lectio Auctorum, exercitationesque Grammatt.* αἴᾳ) *dat. cas. i. to-*

ti terræ. πάρενι *) præsto est,* ἀντὶ τοῦ πάρεστι, *sicut apud Aristoph. paßim* ἔνι *pro* ἐστί. *v. 4.* νῶϊ *) poëticè pro* νὼ, νὼ *a. hîc & sequ. v. poëticè pro* ἡμεῖς. νέμομεν *) in tribus versibus triplex vsus verbi* νέμω, *pro habeo seu poßideo, pro tribuo seu distribuo, pro rego seu dirigo. v. 5.* ἄττα *) quædam:* ἅττα *quæcunque; atticè vtrunque,* ἀντὶ τοῦ ἄσσα καὶ ἅσσα. Ἄττα *vrbs Arabiæ fœlicis.* ἀνὰ *) i. singulariter, & singulatim, unde illud Medicc.* ἀνὰ *i. singulorum: item* ἀνὰ *i. per, in, ad, iuxta:* ἄνα *i. rex, regina:* ἄνα *i. surge, vt p. 4. v. 9. & p. 20. v. 9.* ἄττα *) hîc & in 1. anagramm. p. 1. est honoris nomen debitum senibus, sic Achilles ad Phœnicem Iliad. ι.* Φοῖνιξ ἄττα γεραιὲ, *i. Phœnix venerande senex, sic hospes Atarnita ad Pittacum apud Callimachum* ἀνθολ. διαφ. ἐπιγ. βιβ. γ. κεφ. λγ. ἄττα γέρον, *i. Care Senex. Quod nomen & sensu eod. latinitate donatum esse docet Pomp. Festus, insuper quinam Attæ dicantur explicans; qua de re etiam Sigonius lib. singul. de nominibus Rom. à corporis partib. v. 6.* περιγενήτην *)*

fidium seu chordarum in musicis antiquorum instrumētis hæc nomina προσλαμβανομένη, ὑπάτη, παρυπάτη, λίχανος, μέση, παραμέση, τρίτη, παρανήτη, νήτη. *v. Musicam Boëtij & Zerlini.* ἀθάναθαι) *atticè aspirata* θ, *pro tenui* τ. *v.7.* ἶος) *sicut & p.4.v.1.* οἶος, *i. vnus, vnicus, solus : at* ἶος *i.* βέλος : *nota a. ab hoc loco atticism. nomin. pro vocat. qui frequens est huic auctori.* παρωδὴ αἴτία) *deest* καὶ: *quam coniunctionem similesque hic stylus sæpe respuit, sed supplēdæ quotiescunque desiderantur.* αἴτία) *i. chorda, fides :* αἰτία *causa, culpa, gratia, accusatio.*

Pag. 4. v. 2. ἦλθεν) *imitatur Pollionem Virgilij maximè dum ait*

Iam noua progenies cœlo dimittitur alto.

Quo minus a. hanc Musarum cantilenam harmonicis numeris ab authore expressam hîc habeas, penuria characterū fecit. ἐγαίρουσα) *pro* ἐγείρουσα, α *pro* ε, *ion. & dor. dial. vel* αι *pro* ει *doricè, vt* αἴκε *pro* εἴκε *i, si:* αἴθε *pro* εἴθε, *i. vtinam. v.3.* ὦν) *i, igitur, pro* οὖν *ion. & dor.* ἀροῦν) *ab* ἀρόω *i. aro, colo : vnde* ἄρουρα *i. aruū p.10.v.11. &* ἀροτῆρα *i. aratorem p.12. v.21.* οὐρανῷ) *pro* οὐρανόθεν. *v.4.* θᾷ) *pro* τῇ : θ *qui-*

dem

dem pro τ, atticè: α autē pro η, ion. dor. æol. iterum p.8. τᾷ v.8. θᾷ v.13. ἁδᾷ) aduerbialiter, pro σὺν ἁδᾷ: ſicut p.10. v. 16. ἄγᾳ pro σὺν ἄγᾳ i. cum inuidia, cum odio vel præ odio. v.7. Δείλη) i. Aurora, quæ & ἠὼς, ἀνατολὴ, λευκοθέα, Leucothea, Ino, Matuta Cic. 1. tuſc.18. Idem nomen iam antè Reginæ datum p.36. v. 6. & S. Xauerio p. 76. v. 13. & 14. v.8. Ἄννα) vel Ἄννη: τοὔνομα τῆς ἀνάσσης, Ἄννα Μαρία Μαυρικέττα Αὐγουστία. δῖα) δῖος (vnde Latinorum dius, dia, dium) idem eſt quod bonus, diuus, ſanctus, diuinus, iuſtus, generoſus, fortunatus: vox familiariſſima Homero & huic noſtro Diaulographo. μάννα) alucinatur vt anicula (vt diaulicè loquar cū Meo) Momus hîc: nam τὸ μάννα quod Galen. ἀερόμελι (i. mel aërium) vocat, huc non pertinet, neque manna Iſraëliticum (hæ acceptiones propriæ ſunt ἀλληγορικῶς v.6. p.36.) ſed ἡ μάννη ſeu ἡ μάννα (vnde Latini mannam dicunt) quæ & μάννη τοῦ λιβανωτοῦ dicitur eidem Galeno, & Gorræo def. med. τῷ μ. quo etiam ſenſu accipitur p.16. v.7. eſt autem hæc manna nihil aliud quàm mica thuris, fragmenta thuris, thus ipſum. v. 9. τέζεται)

i. pariet : hoc primum est in votis Gallorum pro Rege ; quo nullum antiquius huic Authori, arg. huius loci, & p. 20. v. 9. d. p. 36. v. 6. & 7. p. 38. v. 5. & 6. V. 10. νέμω) *i. administro : alia acceptio h. v. à superiorib. in quo mirabiles Græci, multiplices vnius causæ effectus, vnica voce exprimentes: proprium enim Domini & possessoris est res suas gerere, regere, tribuere, distribuere, colere, pascere &c. quæ* νέμω *&* νέμομαι *i. habeo. teneo, poßideo, etiam signif.* ῥαΐα) *aduerbialiter pro* σὺν ῥαΐα *i. cum sanitate, cum facilitate, quod* ῥαδίως *&* ξὺν ῥαςώνῃ *Themistio, init.* περὶ τῆς φιλημοίας τοῦ βασιλέως. ἶνις οἷα) *i. filius tanquam, pro* οἷα ἶνις. *hæ verborum metatheses vsitatißimæ poëtis, qu. ma. hîc licitæ. Et hinc obscuritas maior nata Pindaro, quàm ex dialectorũ frequẽtia. v. 12.* ῥα) *expletiuũ, sicut* νυ *h. p. v. 7. tricæ, inquib non hæreo. v. 14.* ἴσῳ) *i. Iusto,* ἶσος. *n. est æqualis, æquabilis par, æquus, iustus : &* τὸ ἶσον *æquitas, æqualitas, æquabilitas, ius : &* ἶσον *ac* ἶσα *seq. v. aduerbia pariter, æqualiter, æquabiliter. Sext. Empiric. Pyrrhon. hypotyp. 1. c. 27.* παντὶ λόγῳ λόγος ἶσος ἀντίκειται *i. omni orationi*

oratio

oratio æqualis opponitur. v.16.νάφθα)tanta est igni cognatio cũ naphtha, vt ille in hanc transiliat vndecunque visam. ô æternùm victuri magnanimi Galliæ Heroes Proceresque, quos, conceptis priùs in cordibus, ceu naphthis, regij amoris ignibus, flãma hostilis absumpsit. *ἄθ') i. vtinã, pro ἄθε, & hoc pro ἄθει, vel αἴθι, vel εἴθε. v. quæ dixi ς. ad τὸ ὅπ' p. 2. v. 1. v. 17. σῆ' γώ) pro σῆ ἐγώ, crasi vulgo notâ. γα) explet. & enclit. pro γε; vt μέγαθος pro μέγεθος ion. ἄτερος pro ἕτερος dor. v. 19. ἔγνων γε δὺ) Dominus meus vertit* noui enim iam olim: *vt aoristi indefinitum tempus definiat. Innuit. a. (ni fallor) tempus, quo Parisijs degẽs Regi inscripsit versus, qui habentur p. 26. 28. 30. γε) hæc exp. & enc. (sicut & cæteræ) variã induit vim pro exigẽtia orationis, hîc sonat* enim, *alibi* verò, *aliquãdo* &c, *aliàs* certe *&c. νοῖδιον ἡδὺ) Dominus vertit* sensa animi suauia, *vt familiare Græcis, quæ nos pluratiuè efferimus, efferre singulariter, & contrà. Sed ecce intolerabilem licentiam ἡδ' pro ἡδὺ, eliso υ, quod etiam fit p. 8. v. 14. & 23. p. 12. v. 2. sed lege sodes tuũ Grets. erras n. in ipso limine, qui non*

Plut. in Alex. Plin. var. locis.

vides docentem & ου, & η, & α longum, & vocalem ante consonantem elidi seu abijci. Quod si alijs Scriptt. licet, qu. ma. isti.

Sic ἐπιτιμία est mulcta, pœna, reprehẽsio, bona existimatio, status integritas.

Pag. 6. v 1. ἅτ') pro ἅτε, i. quasi, tanquam, velut. ἀτίμιτα) i. inæstimabilia (al. nullius pretij) pro ἀτίμητα, η in ι verso poëticè, sicut τὸ ι æolicè vertitur in η: quam substitutionem poëticam τοῦ ι, in locum η, eo magis licitam esse apparet, quòd his duab. literis differentia sexus inducitur, posito ι vice τοῦ η in παρακοίτης δεσπότης ἐργάτης ἱκέτης, παράκοιτις δέσποτις ἐργάτις ἱκέτις. v. 2. ἐννέα ἔτη) i. 9. annos: numerus certus pro incerto & finitus pro infinito. v. 6. ἄμωμα) ὁ καὶ ἡ ἄμωμος καὶ τὸ ἄμωμον i. præstans, errorisque & reprehens. expers, quod non nisi à cælo est: Vnde Trismeg. περὶ εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας βιβ. α. πάντα ἐν οὐρανῷ ἄμωμα: πάντα τὰ ἐπὶ γῆς ἐπίμωμα. ἄκαλα) pro ἤκαλα, vel ἕκηλα, i. secura, quieta, nullum strepitum edentia, pacifica: qua voce aut pacẽ innuit Dom. quæ iusto bello quæritur, aut mordet tacitè eos scriptores, qui duos tresue versus retrogrados retro sæculis editos, etsi inepti inconditique sint, captum humanum superare declamitant, quod est ipsorum (ut

parcam

nomini) & inscitiæ & imbecillitatis ingenij vel manifestißimũ argumentum. δαμώματα.) & δημώματα i. vulgo desiderata, à δῆμος i. vulgus, populus, & à μάω, i. vehementer cupio: vulgaris interpres vertit carmina vulgo cantata, ludicra, lusus: *Dom. in priori editione verterat* sparsa in vulgũ cãtica. *v.8. ἱερὰ) plagium hîc, nam ex Diomedis sepulcro ἀνθολ. διαφ. ἐπιγ. βιβ. ϛ. κεφ. ιγ. versus hic sumptus, 4. syllabis tantùm superadditis, ibi enim legitur ἱερὰ σοὶ παρὰ χεῖλη ἤλιε χαρὰ πᾶσα ῥεῖ. Σοφὸς) vt omittam septẽ Græciæ Sapientes, id nominis inditũ Sempronio ob maximam iuris ciuilis scientiam* l. 2. §. fuit post eos Dé orig. iuris, *& Leoni* VI. *Imp. Orientis, non alia ratione (inquit Dionys. Gothofr.) quàm quòd legum ciuiliũ studijs* (quamuis διαύλους scriberet) *maximè deditus foret: quod vel eius Nouellæ, cæteris omißis testantur satis. Quodnam a. gloriosius Regi id ætatis nomen dari potest? conuertuntur enim σοφὸς καὶ δῖος καὶ νόμιος καὶ ἴσος &c. in quæ paßim incidis regia attributa. v.* 10. *ἔθεο) ab ἐθέμην 2. aor. ind. med. 2 pers. doricè & ionicè ἀντὶ τοῦ ἔθεσο com. quod (ni fallor)*

author

author vitauit (æquè enim recurrebat ὅς ἔθεν ἔθεσο, *atque* ὅ ἔθεν ἔθεο) *ſcilicet ne geminatione* τῦ ὅς (*quod eſt in præced. verſu*) *difficultatem lectori pareret* , ὅς *nanque ſonat* qui, quis, quis? ſuus, proprius, hic, is, ipſe, ille. *v.* 11. 12, 13. ἦ) *i. dixit (&, dicebat :)* ἦ, *ſit, vt p.* 2. *v. vlt. (& , fuerit :)* ἧ, *miſit, vt p.* 10. *v.* 14. ἡ, *hæc :* ἥ, *quæ :* ᾗ, *cui :* ἢ, *vel &c. quæ vel vſus vel lexicographi te docebunt: v.* 12. ἔμμεν) *de hoc inf. ad p.* 18. *v.* 13. *v.* 13. ἰάματα) *ex cit. Diom. ſep.* σὺ ὅς εἶ ἴαμα Ιησοῦ, σ.-- *i. tu qui es medicamentum Ieſu , vbi tamen næuus in* Ιησοῦ *legendo retro: v.* 13. Ἄρϐ) *ab* ἄρης (*ion. dor. æol.* ἄρες) *cuius aliĳ genitt.* τῦ ἄρητος, ἄρεος, ἄρϐς, ἄρευς, ἄρηος, ἄρειος, ἄρεως. ὠνράμνε) *poëtice pro* ῥάμνε ὄσα, *vt* ψυχὴ σκῆπτρον ἔχων *pro* ἔχϐσα : *eſt autem rhamnus frutex ſpinoſus, cui meritò comparatur miles, ita dictus vel à militia, id eſt duritia , quam pro nobis ſuſtinent , vel à malo, quod arcere milites ſolent l.* 1. *ff. de teſt. mil.* ϐρανῷ σῷ) *i. homini , qui natus eſt cœlo , & cuius patria cælum eſt , animus enim noſter cæleſtis eſt origine , vt ſtylo Iuriſconſulti, id eſt*

A malitia, Varroni: à mollitia κατ' ἀντίφρασιν, Ælio & Feſto: à mole quaſi moleſtiâ, Iſidoro.

est stylo suo, docet Meus in Orat. funebri p. 55. *ibi* origini. *v. 18.* ἀγαθὰ) *hîc* virtutes *sonat,* *aliàs* dotes, bona. ἦθε) *atticismus, pro* εἶθε, *quod idem est cum* εἴωθε *pr. med. ab* ἔθω. *v. 19.* μέμνεν) *i. durare, persistere, manere,* ἀπὸ τοῦ μέμνω *poëtico, infin.* μέμνειν *cõm. detracto ι doricè* μέμνεν, *vsitatius a. est* μένω, *à quo* τὸ ἐμμένω *Nostri p. 10. v. 10. &* τὸ ἐμμενὲς *i. constantia, perseuerantia, eod. v. 10. & p. 8. v. 1. Modestinus in l.* εἰδέναι *de tut. & cur. dat.* μενούσης τῆς ἐπιτιμίας *i. manente existimatione, integrâ & illæsâ famâ, honore saluo. Hippocrates 2. aph. 52.* μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς, *manente eo, quod principio visum est.* μεμαὼς) *vel* μεμὼς *i. quærens, cupiens,* ἀπὸ τοῦ μάω. *v. 20.* ἦξε) *i. considerauit, ab* ἀΐσσω : ἦξε, *i. venit, ab* ἥκω : ἦξε, *i. fregit, ab* ἄγνυμι, *vnde etiam* ἔαγε *p. 10. v. 19.*

Hic est author periocharum in Virg. qui sex de excus. tut. & cur. libb. Ignatio Dextro græcè inscripsit.

Pag. 8. v. 2. ἕδος) *hac voce eod sensu vtitur Pind.* ὀλυμπ. εἴδει β. ἕδος ὀλύμπου νέμων *sedem olympi gubernans.* καλὰ) *Dom. vertit* pulchra, *ego verterē* bona : *vterque verò rectè. Vbi obiter nota Græcorum* τὸ πρέπον, *qui vna voce exprimunt causam & effectum seu ea, quæ* ἐπὶ τὸ πλεῖστον *conuertuntur :*

sic

ſic ὄλβιος *felix, & diues,* ὄλβος *felicitas & diuitiæ,* κόσμος *ordo & ornatus,* ἀληθὴς *verus, & memor: ſic* κράτος *eſt potentia, victoria, imperium; qui enim viribus pollet, vincit: & qui vincit, imperat, &c. id genus ſine numero. v.5.* ἐλᾶ) ἀντὶ τοῦ ἐλάα *attico, per craſim a.* ἐλᾶ. *iunge huic olea 4. v. p. 10.* ὧν ἄναξ ἐλεῶν *&c.* Μαῖα) *i. Maia filia Atlantis: videtur mihi tacitè innuere Noſter Ludouicum cognomento* IVSTVM, *Henrici cognomento* MAGNI *ceu Atlantis filium, maiorem eſſe patre. v.6.* ἄνθεα ἵππια ἔθνα) *deſideratur hîc* καὶ: *eſtque enallage poëtica,* florẽ & equeſtres gentes *pro* florẽ equeſtrium gentium: ἔθνα *pro* ἔθνεα *vel pro* ἔθνη *poëticè, ſicut & p. 10. v. 5. v.7.* μνήμην ἔλεξε) *v. a. v. dixit memoriam ſeu nomen, quorum ſimul meminit Propheta Rex pſ. 134. Domine nomen tuum in æternum: memoriale tuum (Chald. memoria tui) in generationem & generationem v.8.* τᾷ) *pro* τῇ *ion. dor. æol. ut dixi v.4 p.4.* σοῖ ἔθη) *id eſt, integros mores: integris autem moribus quid non dãdum? ciuiliter igitur huc referatur, quod medicè verum apud doctiſſimũ Hippocratem 1. aph. 17.*

do

δοτέον τι καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ, καὶ τῷ ἔθει. i. dandũ aliquid tempori, regioni, ætati, moribus. v.9. ξ') hæc nota, pro varia orationis conceptione, nunc idem eſt quod ſexaginta, nunc idem quod ſexageſimus vt hîc. Sexageſimus igitur à Clodouæo ſeu Clodouico Lodouicus XIII. Francorum Rex Chriſtianiſsimus, propter conſtantiam Gallorum (*vt vtar verbis Georgij Ederi I.C. Ferdinandi I. & Maximiliani II. Conſiliarij Aulici Imperialis, partitionum Theologic. lib. 4. tab. 241. applic. in fi.*) in fide Chriſti ſemel ſuſcepta. Nam id huic genti pre cæteris datum eſſe aiunt quidam ſingulare, vt à primo eius Rege Chriſtiano ad hæc noſtra vſque tempora nullus Gallorum Rex à fide Catholica defeciſſe deprehendatur: vnde Chriſtianiſſimi hi Reges dici vel ſoli meruerint: *Hactenus ille, qui quartam viſionem Ioann. c. 15. apoc. refert ad ſtatum Eccleſiæ ſub Carolo Magno, à tab. 240. ad tab. 250. v. 10. ναῶ) pro ναοῦ doricè. δοκῇ) ὑπεσπώμενον, ἀντὶ τοῦ δοκέῃ. v. 11. π' πόνον ἐνιῶν) i. 80. laborem annorum (imò plurimorum Regum:) meritò igitur Rex labore*

bore & prudentia senex, ἄττα *vocetur, vt di-ctũ p.2.v.5.* ἐνὸν) *part.neut.sing. i. licitũ,cùm liceat,* ἐνὸν ὑμῖν *Demosth. ab* ἔνειμι, *i. insum, sum intus: à quo* ἔνεστι, *i.inest,licet.eod.* ἐνὸν *vti-tur Rex p. 10. v. 7.* πσάλλε) *æolismus, pro* ψάλλε, *Corinthus tract. dialect. v. 12.* Σεὶρ ἐεὶς) *retrogr. diphtongo, nõ literis: & hæc sola licentia in toto hoc opere, quæ tamen non ca-ret exemplo, in citato enim Diomedis sepul-cro, eodem laborat næuo ille versus,* νόμον ὁ κοινὸς ἔχει σὸν οἰκονόμον. *v. 16.* ἤδε γὰρ) *D. vertit nonne hæc: ego verterem hæc enim. v. 18.* παῖς) *i. subditus: aliàs puer, famulus. Interim author memor moris Græcorum sin-gulare explicat pluraliter.* ἤεστο) *vel* ἤεστο, *tulit, attulit, abstulit, ademit. aor. 1. med.* ἠεάμην *ab* ἄιρω. οἷος) *vocab.* πολύσημον, *promptus, strenuus, possibilis, potis, simi-lis, quantus, qualis: at* οἶος, *solus: &* ὀϊὸς, *ouis. sic* ὁδὸς *via,* ὀδὸς, *limen, vt p. 6.v.10.* ὁλὸς, *atramentum sepiæ,* ὅλος *to-tus, cunctus, omnis, vniuersus, solidus, in-teger, vt p. 1.in 3. anagr. & sexcenta id ge-nus alia, quæ vel spiritu, vel accentu, vel literæ adiectione detractioneue, inuariato*

etiam

etiam sono, inuicem distinguntur, ut ἔξω extra, ἕξω habebo; μόνη sola, μονὴ mansio; ἰδοῦ vide, ἰδοὺ ecce; ὁ λιμὸς fames, ὁ λοιμὸς pestis (quæ partus famis.) Ex quorum apicum differentia natæ duæ insignes hæreses in Ecclesia Orientali. Author primæ hæresis nefandiss. Arius fuit, qui Filium Dei ὁμοιούσιον, i. similem, & non ὁμοούσιον, i. consubstantialem Patri, asserebat: hanc verò particulam damnato Ario cum sequacib. Sancta Nicæna Synodus symbolo adiecit can. canones §. harum prima, dist. 15. l. nullus 2. §. is autem 1. in fi. C. de sum. Trin. l. 6. C. Th. de hæret. l. cùm recta 5. §. 1 l. cùm saluatorem 6. § 1. l. cùm velimus 7. §. 1. l. inter claras 8. §. reddentes C. de sum. Trin. Auctor verò secundæ hæresis extitit impius Nestorius Anthropolatra statuens duas in Christo personas diuinam & humanam, asserensque Beatiss. Virginem Χριστοτόκον, hoc est, Christi quasi hominis matrē tantùm, & Θεότοκον, hoc est ex Deo natam, non Θεοτόκον, hoc est, Dei Genitricem: Sed Sacrosancta Ephesina Synodus Nestorij hæresi dānata, statuit manere in duab. naturis vnam Domini Nostri Iesu Christi personam, d. can.

h. l. non esse suppositititiam docēt parat. græca. Alc. 4. parerg. 23. Cuiac. 12. obs. 26.

canones §. *tertia Synodus : quod & docent dd. ll.* 5. 6. 7. §§§. *primi , & d.* §. *reddentes vers. manifestũ igitur* [hæc ſumpſi ex manuſcriptis huius Auctoris in Ius Canonicum prælectionib.] *v.*19. ἄ) *i. ab. v. lexicographos de varijs acceptionibus* τοῦ α, τοῦ ε, τοῦ η, τοῦ ο, τοῦ ω , *varijs accentib. & ſpiritib. notatorum.* ᾤου) *ab imperf.* ᾤμην , ᾤου , ᾤετο , *quod ab* οἴμαι , *i. puto , ſuſpicor , docente tuo Clen. in inueſt. them. Themiſtius lo. ci.* ᾤετο βασιλικώτερος εἶ) , *i. putabat regalior eſſe.* σᾶ) *i. integra, ſalua, ſana, ſalutaria, ſalubria , ſancta , incolumia : pro* σῶα *ſeu* σῶα *vel* σάα , *contractè : de quo ſemel dicendum fuit, quia familiare huic authori : à quo differt* σὰ , *i.* τινὰ *quædam , &* σὰ, *à* σὸς σὴ σὸν, *tuus tua tuum.* ἧκε) *ab* ἵημι , *i. mitto, emitto, V. Clen. ann. in verb.* ἑκὰς ἧκε, *i. longè miſit, longè reiecit : aliud eſt* ἧκε , *i. venit, ab* ἥκω: *aliud* ἦκε *i. comedit, ab* ἔδω: *aliud* ᾖκε , *i. cecinit, laudauit, ab* ᾄδω: *aliud* ἦγε, *i. duxit, ab* ἄγω. *v.* 21. εἰ Διὸς) *primus verſus citati Diomedis ſepulcri hic eſt* Ηδη μοι Διὸς ἄρα πηγὴ παρὰ σοὶ Διομήδη. εἰ Διὸς , *i. ſi Iouis , iure ſubstitutionis grammaticæ* τοῦ *ſi , in locum* τοῦ *quia,*

quia, quæ est perquàm familiaris D. meo, vt p. 28 si bona luces. si pura. p. 34. si tollis aras. si tu Triumuir. si verbo. &c. sic loquitur Deus per Malach. Si Dominus ego sum vbi est timor meus, *& S. Greg. Nazianz. orat. 11. & 53. hoc nomine citatus à Card. Perronio, in replicat. p. mihi (primæ impress. Paris.) 993. & 1040.* ἴα) *i. violæ, flores: hæc a. figurata locutio vera est etiam ad literam, nam anagramma τοῦ* Βορβώνιος, *tale est* βόρ, ἴον, βῶς, *Pabulum (ἢ βορά, Rex nanque regni Pan pacificus populum pascit) viola scutum. Sic Lycophroni regina* Ἀρσινόη, *est* ἴον ἥρας *viola Iunonis, & Rex* Πτολεμαῖος, ἀπὸ μέλιτος *à melle, i. suauis ac mellitus. Ecquis scit an in labellis Ptolemæi dormientis apes consedissent? Id enim & Platoni, & Pindaro, & D. Ambrosio, alijsque ætate nostra accidisse, memoria proditum est. v. 22.* νίψον) *In eod. Diom. sep.* νίψον ἀνομήματα μὴ μόναν ὄψιν: *quod a. Dom. interijcit* ὦ ἄναξ ἀνὰ ὦατα, *i. ô Rex per aures, quis non videt de sacra exomologesi intelligi? v. 23.* Ἄργε) *ab* Ἄργος Ἄργου, *i. Argus, seu* πανόπτης *sit, seu Rex Argiuorum à quo Argiui, seu alius (quatuor*

Quàm varia sit acceptio τοῦ Si, in sac. script. docet Sa post. notat. in sac. script.

enim præcipui numerantur) *allegoria Regi conuenit : ab hoc differt* Ἄργος Ἄργεος *ciuitas*, *&* ἀργὸς ἀργοῦ *i. albus*, *strenuus, velox*, *item otiosus, iners*, *quasi* ἀεργός.

